



Q. D. B. V. 1719 31.
DISPUTATIO IURIDICA
DE
CESSIONIBVS 86
IUDICIALIBVS 11
ET
EXTRA IUDICIALIBVS
EARVMQVE
DIFFERENTIIS

Q V A M
AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS CONSENSV
P R A E S I D E
CHRISTIANO HOFFMANN
PHIL. ET I. V. D. ETC.
IN ACADEMIA VITENBERGENSI
D. IV. MAY ANNO c1o1o cccxix.
IN AUDITORIO IURIDICO
PVBLICO EXAMINI SVBMITTET
RESPONDENS
IO. FRANCISCVS MELER DE LIEBENSTEIN
VITENBERGAE
RECVDEBAT IO. FRIDER. SCHLOMACHIVS.

1739. (6) 23.

DISPUTATIO IURIDICA
DE
QUESTIONIBUS
IUDICIALIBUS
ET
EXTRA IUDICIALIBUS
DIFFERENTIIS

CHRISTIANO DOCTORE
IN IURIS BONAERENSI
IOHANNES WILHELMUS
D. 1711





DISPUTATIO JURIDICA
DE
CESSIONIBVS JUDICIALIBVS
ET EXTRAJUDICIALIBVS
EARVMQVE
DIFFERENTIIS.



*N*eminem profecto latere potest, tot de unaquaque ferme materia extare hodie Dissertationum atque Commentariorum plausura, adeo, ut is, qui de eadem materia aliquid disserere conatur, operam perdere omnem Et aquam in flumen, qua maxime abundat, immittere videatur. Quoniam vero nihil tam perfectum, tamque clarum invenitur, quod non

aliquando adjectis præjudiciis, differentiisque
 adhibitis explicatius reddi queat, ita etiam hæc
 ipsa opinio, hoc solo satis refutata corrui.
 Quare etiam haud iniquum facere putamus, si
 materiam cessionis satis intricatam & amplam
 dissertationis loco eligimus, & non tantum ideo,
 quia in judiciis non nostro tantum jure experi-
 mur, sed sæpius jure ab alio nobis cesso utimur,
 sed etiam quia inter cessiones judiciales & extra-
 judiciales magna est differentia, indeque magni
 oriri possunt errores atque confusiones, siqui-
 dem alia alium producit effectum, ita etiam o-
 pera pretium duximus de cessionibus judicialibus
 & extrajudicialibus eorumque differentiis ali-
 quid disserere, quam ob causam etiam sine ul-
 teriore præfamine nos ad ipsam discussionem
 conferimus, & ut omnia feliciter & bene cedant,
 a summo omnium rerum Auctore primordia
 capimus.





S. I.



tioniam vero mos ubique fere
receptus, ut thematis propo-
siti verba prolixè explicent,
ita etiam, antequam nos ad
ipsam rem accingimus, ordi-
nis loco, eadem observare
volumus, quia vero hic circa
vocabula vix quicquam occurrit, quod non vulgo
notissimum, hinc etiam ad vocabulum cedere non
nulla monere sufficiet. Cum enim in propatulo
est, cessionis vocabulum a verbo cedere derivari,
ita etiam, prout fieri potest, de ipsius significatione
quædam proferre necesse est. Hujus itaque vo-
cis acceptio varia & latissima est, siquidem pro re
subjecta aliam atque aliam significationem admittit.
Non nunquam idem denotat, quod abire & locum
dare victori. *Ovid. l. 2. de art. 197. Cic. l. 4. Epist. 9.*
sumitur etiam pro relinquere, evenire atque acci-
dere. *Cic. in Epist. ultim. ad Octav. Tacit. 2. Histor.*
C. 55. item pro succedere seu in sortem contingere
ut apud *Virgil. l. 12. Aeneid. Cesserit Ausonio si fors*
victoria Turno, & in l. 74. ff. de solut. idque poenae
nomine a debitore exactum est, lucro debet cedere

creditoris. Porro pro constituere a JCo Paulo accipi volunt in *l. fin. pr. ff. commun. praedior. l. ii. ff. de servitute praedior. rusticor.* Alberic. de Rosat. in *Repertor. lit. C.* significat quoque interdum renunciare *Clem. un. de Renunciat. arg. Rubricae.* Aliquando denotat bonis cedere, cum debitores, qui sua vel fortunae vitio decoxerunt, & sic amplius non sunt solvendo, aut infamiam, quae ex venditione in bonorum possessionem missionem secuta, irrogatur, evitandam, aut ne in carcerem detrudi possint, bonis cedunt *tot. Tit. ff. de cession. bonor. § C. qui bon. ced. poss. Nov. 135.* sic quoque dicitur cedere foro *l. 7. §. 2. ff. de pos. cedere hypotheca l. i. C. de pact. cedere usufructu l. 17. §. ult. ff. de Noxal. act.* interdum pro legatorum nondum perceptorum ad heredes transmissione *Tit. ff. quando dies leg. cedere diem* denotat, cum res incipit deberi *l. 213. ff. de V. S. de Jure Saxonico* accipitur cessio pro actu, quo venditorem rerum soli venditarum dominio & possessione, coram Judice emptori cedere oporteat, quem vulgo vocant die *Aussassung, Land. N. l. i. art. 8. & ibidem Zobel l. B. § C.* Cedere tandem accipitur pro transferre, & sic cessio significat juris alicujus translationem, ut *in l. 76. ff. de solut. l. 22. & l. 23. C. Mandat.* sic cedimus usum fructum *lege 23. ff. de liberal. caus. cedimus actum, aquaeductum l. 15. ff. Commun. praedior. cedimus jus eundi, agendi l. 10. ff. de Elict. cedimus actiones l. 76. ff. de solut. l. 39. ff. de fidejuss.* in hoc ultimo significato accipitur vocabulum cessio- nis, & ideo cessio nihil aliud est, quam alienatio juris, quae alienatio cum titulo vel lucrativo, vel onero-
roso

roso fieri solet, vid. Beat. Stryck. *de jure & act. non cessibih. c. 1. §. 1.* Lenz. *de Nom. & act. cess. c. 1.*

§. II.

Hiscæ itaque præstructis, describimus tandem cessionem in genere, quod sit alienatio sive translatio juris nobis competentis; & quamvis hæc descriptio sufficiens videatur, ita, ut non immerito omnibus omnino cessionibus tam in genere quam in specie applicari possit, interim Lenz. *de Nomin. & Act. cess. c. 3.* aliam atque specialem Nominum atque Actionum subjungit definitionem, quam ita reddit: Cessionem nominum atque actionum esse translationem juris alicujus contra alium competentis. Hac ultima itaque id indicare cupit; quod ea saltem competat cessioni nominum atque actionum, non vero omnium omnino jurium; siquidem certissimum, quod non omnis cessio juris sit etiam cessio nominis vel actionis, quamvis e contra omnis nominis cessio sit cessio juris. Ea vero omnia, quæ jam dicta, potius differentiam constituunt cessionum; quo tamen bene notandum, quod ea saltem possimus cedere atque in alium transferre, quæ nobis competunt, cedere enim non possimus quæ non habemus, cum cessio semper arguat acquisitionem cedentis præcedentem Alciat. *lib. 9. Respons. 63. n. 9.* quo casu putamus hoc loco sufficere, si jus habemus nobis competens, quamvis etiam contra alium sit directum, hoc tantum maxime attenditur, quod tuto & valide alteri possit cedi, atque in eum transferri, quod etiam eo ipso fit, & ideo

ideo recte generis loco ponitur translatio *l. 2. C. de dividend. tutel. l. 11. C. de fidejuss. l. 22. C. Mandat.* quia regulariter translatio est, cum de uno ad alterum res seu jus quoddam transfertur.

§. III.

Dividere itaque solent cessiones primo, in voluntarias, quando nempe sponte ac nullo jure cogente fit, puta cum nomen & actio alteri donatur, venditur aut in solutum creditori datur, *l. 2. l. 6. C. de obligat. & act. l. fin. C. quando fisc. vel privat. l. 3. l. 5. l. 7. C. de Heredit. vel act. vend. l. 22. l. 23. C. Mandat.* & necessarias, quae fiunt cedente necessitate juris coacto, & est, quando creditor mandatori vel fidejussori solventi jura contra debitorem principalem aut Confidejussorem competentia cedit. Porro quoque dispefcuntur secundo, in expressas & tacitas, in illis contrahentium, cedentis nempe & cessionarii, consensus ac voluntas intervenit, quae actu quodam externo verbis scil. traditione instrumenti declaratur: in hac vero nullus ejusmodi actus accedit, nec consensus verbis exprimitur, tacite tamen intervenisse fingitur, ut cum debitor, qui non sua culpa, sed fortunae novercantis vitio decoxerit, ad miserabile cessionis bonorum auxilium evitandum ejurat bonorum copiam, id est, dat jusjurandum, se solvendo non esse. Hoc enim casu creditores non solum debitores conquirere & vindicare, sed etiam debitores sui debitoris convenire possunt *Nov. 135. §. jusjurand.* quo tandem fit, ut facta cessione actionis personalis expressa, cessa etiam

etiam tacite videatur actio hypothecaria cedenti tempore cessionis competens Bart. *in l. 30. ff. si pignori*. Tertio, Cessio quoque est judicialis vel extrajudicialis, judicialis dicitur, quae fit coram iudice & in loco iudicii, vel quae actis publicis insinuat, & a iudice confirmatur. Extrajudicialis est ea, quando cedens & cessionarius extra iudicium non solum conveniunt, sed & quae actis publicis insinuat, nec a iudice confirmatur, dicitur quoque ea extrajudicialis, quae a Notario & testibus facta est. Huic quarto etiam accedit, quod cessio sit vel publica, quae instrumento publico constituitur, utpote quae actis publicis insinuat & a iudice confirmatur, vel quae fit coram Notario & testibus, vel tribus testibus probatae & integrae opinionis tantum *arg. l. fin. C. de Re iudic. & l. ii. in fine C. qui potior in pign.* Vel privata, quae in scriptura privata fit, vel alias privatim, quamvis in praesentia testium perficiatur. Tandem quoque quinto, cessionem dicunt aliam esse veram, aliam simulatam seu fictam Bald. *in l. 21. C. Mandat.* quam etiam fraudulentam vocant Tusch. *lit. C. conclus. 209.* interim tamen accurate loquendo cessio simulata & fraudulenta cessionis nomen non meretur, nec ejus speciem constituit, quia juris ordinatione hujusmodi simulati & fraudulentum actus prohibiti ac invalidi sunt Lenz. *de Nomin. & act. cess. C. 5. n. 6. 7. 11. 17. & 24. seqq.* Huc etiam referri potest, quod cessio sit vel rerum mobilium, vel immobilium, illa enim circa res mobiles, haec vero circa immobiles seu illarum jura transferenda occupata est, videatur

B

Carpz.

Carpz. *Decis.* 250. n. 6. 9. 10. *segg.* Ord. Proc. *Electoral.* Tit. 46. §. So lassen wir geschehen ic. *Rescript.* de Anno 1614. d. 1. febr. §. und über das soll ic. *Decis.* 40. *Elect.* noviss. &c.

§. IV.

Jam dispiciendum, quinam hoc modo cedere possint? Et postquam notum, quod in universum quisque rerum suarum moderator & arbiter sit l. 21. C. *Mandar.* hocceque moderamen atque arbitrium se quoque extendat ad jura & actiones, quatenus haec nobis acquisita & exercitium vel pactis vel publicis legibus non est circumscriptum, siquidem etiam cessio de genere permissorum & licitorum est Casp. Anth. *Thesaur.* L. 3. q. 28. n. 2. *Richter.* p. 1. *Decis.* 36. n. 4. B. Stryck. *de jur. & act. non cessib.* §. 2. ita etiam ex eo apparet, quod illi facultas jura cedendi competat, qui alias habet jus alienandi; siquidem haec regula semper perpetua; quod is, qui jus habet alienandi, jus quoque cedendi habeat; & quodcunque alienari potest, cedi quoque valet. Lenz. *de Act. cess. c. 13. membr. 1. n. 1. seq.* Quare etiam sponte fluit, omnes illos, qui alias potestatem alienandi non habent, nec cedendi potestatem habere, cum cessio sub alienatione tanquam genere continetur, & a traditione objecto saltem differt, ita ut in rebus corporalibus ad translationem traditio, in incorporalibus vero, juribus scilicet & actionibus cessio requiratur post Aug. Cels. *Decis.* 20. n. 20. Stryck. *de Jur. & Act. non cessib. c. 1. §. 2.* Jam perspectis, quibus cedere inhibetur, seu qui

qui actionibus nequeunt cedere, quibus concedatur, seu qui recte cedunt, facile cognosci poterunt, quia quoad cognitionem contrariorum eadem est disciplina, & cognito uno, alterum in obscuro esse non potest §. 13. *Inst. de societ. l. 35. in fin. ff. de vulgari & pupillar. substit.* Nicol. Everhard. *in topic. loc. a Contrariis n. 1.* Lenz. *de Nom. & Act. Cess. c. 4. §. 7.*

§. V.

Quamvis itaque haec sufficere videantur, ut exinde in genere cognosci possit, quibus cedere liceat vel non; interim tamen ad specialia descendere haud iniquum putamus, & praepremis & maxime videndum, qui vel impediuntur, vel prohibentur, inter quos itaque non immerito referuntur infantes & infantiae proximi §. 10. *Instit. de inutil. Stipul. l. 1. §. 2. ff. de Administr. & pericul. tutor. pupilli, impuberes pr. instit. de auctor. tutor. l. 37. §. 1. ff. ad SC. Trebellian.* Minores tot. *Tit. ff. & C. de reb. minor. non alienand. arg. Ord. polit. de An. 1577. §. 1.* So wollen wir *rc. l. 1. pr. ff. de minor. vigint.* Huc quoque refertur furiosus, qui nullum negotium, quia non intelligit, quid agit, gerere potest §. 8. *Instit. de inutil. Stipul. l. 5. ff. de R. J. quod etiam extenditur certo modo ad fatuum & mente captum l. 28. C. de Episcopal. audient. l. 3. C. de Curator. furios. l. 6. ff. de privil. cred. & Lenz. de Nom. & Act. Cess. c. 6. membr. 4. n. 1. & 2.* porro prodigi *l. 40. ff. de R. J.* Ebrius, qui propter ebrietatem mentis & rationis non est compos; Mutus & surdus, qui utroque hoc vitio natura laborat & re-

gulariter, quid agatur, non intelligit, ubi tamen is
 excipitur qui legere ac scribere animumque suum
 ita declarare potest *l. 43. pr. ff. de procurator.* Ban-
 nitus, cui potestas jura & actiones suas transcriben-
 di denegata, cedere non valet, Matth. Colerus *pro-*
cess. execut. p. 2. C. 2. n. 100. Bald. *in l. 22. n. 13. C.*
Mandat. Idem quoque dicendum de Judaeo, qui
 Christiano adversus Christianum cedere actionem
 non potest, sub poena amissionis debiti; siquidem
Recess. Imper. de A. 1557. ita sese habet: Neben dem
 so erfindet sich, daß auch die Juden solche ihre unbillige
 Schulden und Anfordernungen, die sie auf den armen Christen
 mit höchsten Beschwerden und unzieml. Vortheil erlanget,
 andern Christen verkauffen, und die Verschreibungen auf
 die Käufer stellen lassen, welche in die armen über vor-
 theilte Schuldner zu dem hefftigsten dringen und sie et-
 wan gar von Hauß und Hoff vertreiben, diesem zubegegnen,
 sind wir mit Churfürsten, Fürsten, und Ständen auch der
 abwesenden Räte, Bottschaften und Gesandten dahin
 entschlossen, wollen und gebietthen, daß kein Christ hinfür-
 ter einem Juden seine Action und Forderung gegen einen
 andern Christen abkauffen, oder ein Jude als Schuld-
 gläubiger einem andern Christen solche Actiones und
 Forderungen in einigem Weg cediren oder einigs Con-
 tracts weise zustellen, bey Verlust derselben Forderung *zc.*
Hoc itaque factum est ob odium usurariae pravi-
tatis, regulariter enim debita Judaeorum usuraria
praesumuntur, etiamsi hoc exterius non appareat,
ob textus generalitatem in omnibus cessionibus si-
ve lucrativo sive oneroso titulo fiant, hoc obtinet,
interim tamen cessiones judicialiter factas per eund.
Recess.

Recess. cit. §. diesem zu begegnen valere dicunt praepriis tunc, quando omnis usurariae pravitatis suspicio abest, Carpz. *P. 2. Const. 30. Def. 45.* Ziegl. *Diff. de Jur. Judaeor. B. Stryck. de Jur. & act. non cessib. C. 1. §. 3.* quod etiam de iis asserendum, qui hoc vel illo loco utuntur jure civium, uti in Marchia, ita ut illorum cessiones tamdiu valeant, donec vitium usurariae pravitatis ostendatur. B. Stryck. *l. c. de reliquis, uti foeminis, quae hoc in passu praesertim jure Saxonico cum minoribus comparantur & in alienationibus aequè Curatoribus indigent Land: R. l. 1. art. 31. Const. Elect. 15. §. Gleichergestalt* x. est tamen exceptio in rebus mobilibus *arg. d. Const. 15. p. 2. & foemina mercatrice, nec non criminis reis & adjecto solutioni, qui etiam subinde cedere prohibentur, videre possunt Lenz. de Nom. & act. cess. c. 6. membr. 10. & 11. B. Stryck. l. c. Wefenb. Conf. 26. n. 43. & alii passim Dd.*

§. VI.

Quoniam cedens semper requirit cessionarium, in quem jus vel actiones transferuntur; hinc etiam nunc videndum cui firmiter cedi possit vel non? Et sic ante omnia tenendum, quod cessio in potentiorum regulariter non valeat, quia nempe alium terrere potest, & propter divitias aut alias rationes debitori est terribilis, *l. 1. §. 2. C. ne lic. potent.* hinc potius suo Marte creditores discutere, quam potentiorum Dominorum opibus niti debent, siquidem aperta videtur esse voracitas, qui alios actionum suarum redimunt exactores; quare

B 3

etiam

etiam illi debiti amissione & poena arbitraria mul-
 tantur *c. l. 2. C. ne lic. potent.* Cessare vero hoc
 ipsum videtur in cessione necessaria, & ubi dolus
 fraus & ubi vexandi animus adest, Lenz. *de Nom.*
§ act. Cess. C. 8. membr. 3. sic etiam cessio homini-
 bus licigiosis malitiose & fraudulenter facta non-ad-
 mittitur, quod cum Laurent. Kirchov. *Vol. 2. Consf.*
9. n. 88. 89. asserit B. Stryck. *de Jur. § act. non cesfib.*
c. l. §. 4. ita ut in poenam calumniatoribus statutam
 incidant. *l. 1. ff. de Calumn.* huc etiam referuntur
 illi, qui officii causa in provinciis agunt ob metum
 concussionis, *l. 62. pr. ff. de Contr. empt. l. 46. §. 2. ff.*
de Jur. fisc. quemadmodum quoque aegrotus non
 valide cedere potest Medico, cui corporis sui curam
 commisit, & quidem ideo, quia talis cessio respectum
 ad salutem habere videatur, *l. 9. C. de Profess. § Med.*
l. 3. ff. de Extraord. cogn. siquidem aegrotus in ea potest
 esse opinione, Medicum debitam diligentiam atque
 operam non impensurum, si ei non fuerit gratifica-
 tus. *c. l. 3. ff. de Extraord. cognit.* Ob rationis parita-
 tem hoc etiam ad Advocatos & Procuratores ex-
 tendunt, quibus sub pactione quotae litis minus
 recte ceditur, quod nonnunquam ex eo praesumi-
 tur, si non alia iusta apparet causa, Petr. Fontanel.
Decis. 178. n. 12. qua de causa etiam hoc Advocatis
 interdicitur sub poena remotionis *l. 5. C. de Postul.*
 B. Stryck. *de Jur. § act. non cesfib. c. l. §. 4.* Eodem
 quoque modo cessio, quae fit tutori & curatori
 adversus pupillum & minorem, inutilis habetur,
 adeo, ut tale debitum lucretur pupillus, *avrb. Mino-*
ris C. qui dare tut. vel curat. Francisc. de Caldas.

ad

ad Typ. instr. emt. c. 24. n. 62. Sic etiam jure Can. eximuntur Clerici, quibus laicorum jura & actiones cedi nequeunt, ne tales causae ad judicium ecclesiasticum trahantur, & praedam exinde sperare possint Clerici. *cap. fin. X. de Alienat. jud. mut. causa facta.* Porro quoque durior redditur causa adversarii ita, ut ne inde in Episcopum jurisdictionem in Laicos habentem cessio sit concedenda, Francisc. de Caldas. c. 1. Quoniam etiam inter conjuges omnis alienatio gratuita prohibita est, quae in donationis speciem incidit, ita quoque consequenter cessio. l. 1. ff. de donat. inter vir. & uxor. Tandem ex eodem fundamento, quod contractus sit prohibitus inter patrem & filium, cessio quoque est prohibita, quia habentur pro una eademque persona, & quod filius ex re Patris acquirit, hoc plene patri acquirit, uti videre est in §. 1. institut. per quas personas cuique acquiritur. Porro etiam invito, quia ad hoc negotium tam cedentis quam cessionarii consensus requiritur cedi nequit, siquidem etiam notum, quod invito non detur beneficium, l. 10. §. 2. ff. de Donat. nec creditor invitus compellendus nomen sui debitoris in solutum recipere. l. 10. C. de Solut. Salicet & Bald. ibid. B. Stryck. de Jur. & Act. non cessib. §. 4. Ob identitatem rationis etiam absentis denegatur cessio, nisi alio modo ei sit prospectum, Lenz. de Nom. & Act. cess. c. u. n. 6. Dubitant etiam de milite, qui aliena negotia redimere prohibetur. per l. 7. C. de Procurat. Siquidem enim certis de causis infanti, pupillo & minori, itemque furioso, fatuo, mente capto, prodigo, muto & surdo

do cedi non posse, sat multis demonstrare annuntur-
 tur argumentis, quod tamen de onerosis, non vero
 lucrativis intelligendum putamus, quamvis etiam
 in nonnullis utraque sit invalida, de quibus omni-
 bus ac singulis videri potest, Lenz. *de Nom. & act.*
cess. C. 8. membr. 1. 2. & 3.

§. VII.

Postquam hactenus de personis, quibus tam
 active quam passive licita cessio, actum fuit, jam
 etiam de objecto, seu rebus cessibilibus, quae scilicet
 per cessionem in alios transferri possunt vel
 nequeunt, dicenda sunt. Vbi inprimis tenendum,
 quod regulariter omnia nomina, jura, omnesque
 actiones cedi queant. *rubr. ff. & C. de hered. vel act.*
vend. l. 4. l. 14. l. 17. 19. 23. §. 1. ff. l. 3. 7. 8. & fin. C.
de hered. vel act. vend. l. 1. C. de novat. & delegat. l.
2. C. de Donat. interim tamen ea, quae supra de ali-
 enatione dicta sunt, consideranda veniunt, ubi hoc
 pro regula certissima habendum, quod omne id
 quod alienari potest, cedi quoque queat, & sic vice
 versa, quod alienari non potest, nec cedi posse cer-
 tum, quibus consideratis apparet, quod exacte cum
 cessione hoc passu conveniat alienatio, Lenz. *de*
Nom. & act. cess. C. 13. n. 1. 2. B. Stryck. *de Jur. & act.*
non cessib. §. 5. Haec quidem in genere dicta suffice-
 re queunt, interim tamen ratione specialium alio-
 rumque huc pertinentium multa sunt monenda.
 Et quoniam in hoc negotio jura, nomina, & actio-
 nes veniunt, aequum videtur fore nonnihil explica-
 tionis loco adjicere, eaque omnia perstringere;
 cum

cum vero vix explicatione indigent, deque iis infra plura prolaturi sumus, hic supersedemus, & saltem dicimus, quod hoc loco non tantum actiones personales, sed etiam reales, & quocumque nomine regulariter in jure veniant, cessionis objectum constituent, Lenz. *de Nom. & act. cessib. c. 13.*

§. VIII.

Sicuti enim in nonnullorum jurium vel rerum alienatione certae requiruntur solennitates, sine quibus vel plane non, vel non valide alienari possunt, ita etiam tales requiruntur in cessionibus jurium vel actionum, Brunnem. *tr. de Cess. c. 1. n. 101.* Inter has itaque maxime referuntur res sacrae, sanctae religiosae, liber homo &c. siquidem ob deficientes solennitates cedi non possunt actiones & jura ecclesiastica, quibus, si valere debeat cessio, accedere necessum est consensum capituli, & eorum quibus cura Ecclesiae est commissa post alios Dd. B. Stryck. *de jur. & act. non cessib. §. 5.* Namque Ecclesiae & pia loca pupillorum ad instar habentur, quorum defensio competit aliis. Huc quoque referunt bona pupillorum & minorum immobilia seu jura, quae immobilium nomine veniunt, nec non actiones ad res immobiles competentes, quae sine justa causa & non accedente tutorum & curatorum consensu & decreto Magistratus alienari nequeunt. *l. 4. §. 10. C. praed. minor. sine decr.* quod tamen in mobilibus & quae hoc jure censentur, praesertim si non magnum inde resultat praesidium

C

cium

cium, non est observandum, ubi enim consensus defensorum sufficit *l. 22. C. de Administr. tutor.* Idem quoque extendendum ad res alienas, quae cedi nequeunt, hinc pater jura usufructus, ipsi ex bonis liberorum competentis, actiones filii aliis cedere non valet sine ejus consensu *arg. l. 1. C. de bon. matern.* hoc quoque dicendum de filio, qui in praejudicium patris sine illius consensu alienare cupit *l. fin. §. 5. C. de bon. quae lib.* Eodem modo maritus, licet habeatur pro domino dotis *l. 9. C. de R. V.* illum alienare prohibetur *l. 16. de fund. dot.* quia nempe intuitu jurium uxoris res est aliena, nec obstat quod maritus durante matrimonio aliquod dormiens habeat dominium, quod demum soluto matrimonio vel post mortem vires suas exerit. Hisce tandem annumerantur Procuratores speciali mandato non instructi, qui etiam ob hunc defectum alienare non possunt *l. 63. ff. de procurat.* Ubi tamen Procuratorem in rem suam, quia vice domini est, hic excipere volunt, Tusch. *praëtic. concl. 203. n. 16.* Brunnem. *de cess. c. 2. n. 8.* & B. Stryck. *de Jur. & Act. non cess. bil. §. 5.* Referunt quoque huc jus beneficiarium seu feudale, circa quod aequè aliquid peculiare tam ratione alienationis, quam cessionis observandum ita, ut non adeo facile & sine consensu domini directi aliorumque alienatio fieri atque procedere possit, Lenz. *de Nom. & Act. cess. c. 26. membr. 2.* B. Stryck. *de Jur. & Act. non cess. bil. c. 4.*

§. IX.

§. IX.

Vt tandem ad specialia, in quibus alienatio vel cessio non est permiffa, descendamus, statim se offert illud, quod nempe id, quod Legislator sive Princeps certae personae concessit, seu ubi in concedendo iure ad certam personam respexit, non sit transmissibile ad alium; hanc etiam ob causam in genere dicimus; Quodcunque est personale, illud etiam non est cessibile, post alios Dd. videatur B. Stryck. *de jur. & act. non cessib. c. 1. §. 6.* ubi tamen hoc loco non intelligimus actiones personales, quae ex contractu sunt, & personam tantum afficiunt non rem, quo respectu omnes actiones, & obligationes dicuntur personales *l. 3. ff. de O. & A.* quae omnino sunt cessibiles; sed illud, quando aliquid certae personae cohaeret, vel utilitatem intuitu certae personae tantum indultam, cujus causa proxima est qualitas personae, & personalitatem inducit, ut in Procuratore, mandatario, socio, conductore perficiendi operis &c. qui alium substituere nequeunt, excluditur B. Stryck. *de Jur. & act. non cessibil. c. 1. §. 6.* eo ipso tamen nihil contrarii admittimus, sed hoc saltem quod personalia regulariter in alium transferri vel cedi nequeant, quam regulam etiam ad heredes extendere volunt, & quidem ita concludendo; quodcunque ad heredes non est transmissibile, illud non est cessibile; Quae regula suas tamen exceptiones pati videtur, & quidem in usufructu & habitatione; licet enim haec servitutes morte extinguantur, interim illarum exercitium per cessionem in alium transferri potest, quod tamen non est perpetuum, sed tantum tam diu durat, quam diu cedens vivit, quo tandem casu haec cessio

tantum est temporaria, B. Stryck. *de jur. & act. non cessibil. c. 1. §. 8.* Hisce praemis-
 sis subjungimus tan-
 dem, quae ad jus publicum & regalia, itemque offi-
 cia publica tam civilia quam ecclesiastica pertinent, ubi
 in genere tenendum, quod illa, quae juris publici sunt,
 sint irrenunciabilia *l. 14. ff. ad SC. Trebell. l. 13. c. de
 test. l. 38. ff. de pact.* Dalnerus *de Renunciat. c. 1. n. 9.*
 & B. Stryck. *cl. c. 2. §. 5.* quod tamen in univ-
 ersum non videtur verum, videndum itaque ante omnia num ali-
 quid sit in patrimonio, sive a populo delatum, deinde
 quoque num aliquid habeat vi superioritatis territoria-
 lis, sive privilegii, illo modo translationem in quem-
 cunque fieri posse statuunt, non vero hocce, quia po-
 pulus vel privilegium concedens non ita censetur de-
 tulisse, ut alienatio pro lubitu locum inveniat Ziegl. *de
 jur. Majest. L. 1. c. 4. §. 25. Rec. imp. de A. 1551. §. 50
 haben wir uns x. Rec. imp. de A. 1594. s. wir Ver-
 ordnen x.* quod tamen hodie secus introductum repe-
 ritur, ita, ut circa ea non adeo infrequentes sint cessi-
 ones atque locationes B. Stryck. *c. 1. de jur. & act. non
 cessibil. c. 2. §. 3. seq.* de officiis publicis vero dicendum,
 quod quia sunt res publicae, quae in patrimonio priva-
 torum non sunt, sic quoque extra eorum commercii-
 um, deinde quoque in magistratu constituendo certa
 persona & industria est electa, ea regulariter alienari
 haud possint, quod etiam certa ratione extenditur ad
 feudalia, quorum alienatio etiam certo modo est pro-
 hibita; interim tamen eos, qui plura & specialiora de
 iisdem percipere cupiunt, ablegamus ad B. Stryck. *de
 jur. & act. non cessibil. c. 2. seqq.* aliosque, qui fufius
 de hac materia tradiderunt, pro nostra tamen instituto,
 quod

quod magis ad causas civiles, quam publicas tendit, haec tetigisse, putamus sufficere posse.

§. X.

Quare etiam nos jam conferimus ad causas civiles earumque specialia, eo proposito, ut etiam intuitu earum videamus, quid hoc passu obtineat, vel quae cedi non possunt, ubi initium facimus ab iis, quae ob personalitatem & privilegium in cessionem non veniunt, quorsum referunt operas officiales, quas servi in manumissionibus patrono suo promittere tenebantur, *l. 2. & passim ff. de oper. libert.* & quoniam eae ad certam personam referuntur, & in officio personae consistunt, variationem & cessionem non admittunt *l. 9. ff. de oper. libert.* Lenz. *de Nom. & act. cessibil. c. 10. membr. 4. n. 4.* ab his itaque eximunt operas fabriles, quae, quoniam per manuarios labores expediuntur, & ad heredes transmittuntur, *l. 6. ff. de oper. libert.* cedi possunt, post alios Dd. B. Stryck. *de Jur. & act. non cessibil. c. 5. §. 1.* idem quoque dicendum de operis rusticorum, quae cum universitate seu territorio transire & alienari possunt. Huc quoque trahunt jus eligendi & optionis, quod certis personis specialiter competit. *l. 76. ff. de V. O.* Tiraquell. *de Retr. §. 26. Gl. 1. n. 76.* Brunnem. *de cess. c. 4. n. 1.* ob identitatem rationis cedi non potest privilegium optionis, quod uxor post obitum mariti habet, ut possit vel dotem illatam, vel certam ex bonis mariti portionem petere, Lenz. *de Nom. & act. cess. c. 20. membr. 3. n. 4.* Carpz. *p. 3. C. 20. D. 27.* quia personae non vero rei privilegium hoc concessum. Porro quoque hoc jus optionis moribus Saxonis receptum invenitur

ut, quando duo fratres hereditatem dividere velint, major dividat, minor vero eligat, *Land. R. L. 3. art. 29. Constit. Elect. Sax. 15. p. 3.* quod itaque, quoniam aetatis ratione competit, ideoque personalissimum est, cedi haud potest, siquidem etiam non est transmissibile ad heredem uniuersalem. Huc referunt iuramenti praestationem a procuratore suscipiendam; nec non beneficium restitutionis in integrum absque actione principali cessum, item vindictam privatam ex legum permissione alicui competentem. Eodem modo Retractum Gentilitium, seu jus linearum, congrui, protimiseos, praesentationis & oblationis, ubi tamen excipitur Retractus conventionalis, qui cessionem omnino admittit, de his atque similibus videri possunt, *Lenz. de Nom. & act. cessib.* itemque *B. Stryck. de jur. & act. non cessibil.*

§. XI.

Progredimur jam quoque ad alia, praepriis ad species juris in re, ubi tandem se offerunt servitutes personales, ut usufructus, usus & habitatio, de quibus itaque in genere dicendum, quod haec jura, cum sint personalia & intuitu personae certae competentia, ita ut personam egredi haud patiantur, regulariter cedi nequeant, & hoc etiam ideo, quia non transeunt ad heredes, sed cum persona extinguuntur, *l. 3. §. fin. ff. quibus mod. ususfruct. amitt.* ubi tamen respectu usufructus tenendum, quod cessio juris plenarie facta abdicatione extraneo fieri non possit, aut bene domino proprietario, deinde quoque procedit quoad utilitatem atque commoditatem utendi, non vero quoad jus ipsum;

ipsum; siquidem idem fit in habitatione §. 5. *Instit. §. l. 13. C. de Vusufr. B. Stryck. de jur. & act. non cessibil. c. 5. §. 14.* simili ratione idem dicendum de jure compascui in alieno solo competente, nec non de hereditatis aditione & jure bonorum possessionem petendi. His quoque annumerantur fideicommissa uniuersalia nondum agnita, itemque conditionalia, nec non familiariae relicta. *l. 77. §. 27. de legat. Knipschild. de fideicom. familiar. illustr. c. 11. n. 85. & rescripta, quae ad certam personam sunt directa, cap. fin. X. de Rescript. ibique Dd. Inter non cessibilia etiam referunt privilegia uxoris praelationis personalia, Sichart. ad L. assiduis. C. qui pot. in pign. n. 25. & Brunnem. ad l. 6. ff. de her. u. d. Nov. 91. pr. ejusdem farinae est hypotheca tacita & privilegium personale pupilli in bonis tutoris. l. 20. C. de administ. tut. l. 19. §. 1. ff. de reb. autor. jud. vend. Nec non actio hypothecaria, quae sine obligatione personali regulariter cedi nequit. l. 40. §. fin. ff. de pignoratit. actione l. 6. ff. quib. mod. pignor. solu. Hue quoque referunt ob paritatem rationis cessionem obligationis fidejussoriae, l. 16. ff. de fidejuss. tandem quoque iis, quae ob certum privilegium cedi non possunt, accenseri possunt mercedes famulorum cum privilegio annexo, mediante quo in bonis debitoris omnibus aliis creditoribus jus potius non habentibus praeferuntur. *Mev. ad I. Lubec. L. 1. art. 11. n. 65. arg. l. 1. pr. ff. de offic. ejus, cui mandat. jurisd. l. 68. §. 196. ff. de R. I.* Non immerito haece adjiciuntur jura societatis ad eam continuandam, quae, quoniam industriam & factum personae requirunt, cedi non possunt. *l. 19. ff. de soc. §. 5. §. 9. Inst. de societ.* Plura quidem adducere poruissemus exempla, in quibus*

bus vel ob identitatem rationis, vel etiam ob alia fundamenta cessiones non procedunt, quoniam vero ad ea, quae jam producta, etiam alia & similia dijudicari possunt, hic subsistimus.

§. XII.

Discussis iis atque recensitis, quae circa personas & res perpendenda atque monenda erant, ordo jam tangit, ut etiam de actionibus, quae etiam objectum cessionis efficiunt, aliquid agamus, ubi statim ab initio observandum, quod omnes actiones nobis competentes per cessionem regulariter in alium transferri queant, sive in rem sive in personam sint, sive ordinariae sive extraordinariae, sive ex contractu vel quasi, sive ex delicto vel quasi oriuntur Lenz. *de Nom. & act. cess. c. 14. n. 1.* Quoniam vero haec regula videatur perpetua, ita, ut in tantum valeat, in quantum non doceatur exceptio; hinc etiam ideo moti aequum duximus, de iis tantum tractare actionibus, quae per cessionem in alium transferri non possunt, & perspectis iis, quae cedi non valent, facile apparebit, quae hoc modo in alium transmitti permittuntur. Hisce praemissis, primo loco se offert Actio litigiosa, quae pro cessibili non habetur. *l. 2. l. fin. ff. de litigios.* Distinguunt tamen Dd. inter actiones personales & reales: illae demum litis contestatione litigiosae fiunt, *l. 2. C. de litig.* haec vero simul atque citatio decreta actionis causam continens, reo insinuata atque denunciata fuerit, *Auth. litigiosa. C. de litig.* Brunnem. *de Cessi. c. 4. n. 7.* Hoc itaque tam actori, quam reo, videtur esse commune, quia actori licere non debet, quod reo non permittitur, *l. 41. ff. de R. I. & l. 2. C. de litig.* ubi tamen de reo hoc dicitur

dicitur, quod nempe rem in controversiam deductam
 cedere non valeat. *l. 2. §. fin. C. de litig.* Ponunt ita-
 que hujus rei rationem in eo, quod per ejusmodi cessio-
 nem tertio præjudicium fiat, indeque iudicium subver-
 tatur. *l. fin. C. de litig.* Sande *de Act. cess. c. 5. n. 17. seqq.*
 Hic vero actionem utilem excipere volunt, quam ta-
 men sententiam c. Brunnem. *d. l.* rejicit, interim tamen
 hanc exceptionem concedunt in dorem datione, dona-
 tione propter nuptias, item ex causa transactionis, re-
 rum hereditariarum divisionis *l. fin. §. 1. de litig.* nec
 non ex causa necessaria præcedente *l. 13. ff. famil. her-
 cisc.* aliisque B. Stryck. *de jur. & act. non cessibil. c. 6.
 §. 1.* sunt tamen qui hodie rei litigiosa venditionem,
 cessionem, itemque permutationem concedere cupiunt
 ita, ut sententia contra cedentem lata adversus rei liti-
 giosæ possessorem executioni mandari possit, salvo ta-
 men jure tertii, Svendend. *ad Fibig. proces. p. 101.* di-
 cunt tamen, quod res ab actione litigiosa sit discernen-
 da, siquidem ea ad rem litigiosam, non vero ubique
 ad ipsam actionem referunt, utpote de qua maxime du-
 bitatur B. Stryck. *de jur. & act. non cessibil. c. 6. §. 1.*
 Porro quoque hic in disceptationem venit, num actio
 tam directa, quam utilis cedi & in cessionarium trans-
 ferri queat? quod saltem affirmant de utili non vero de
 directa *l. 8. C. de hered. vend. & arg. l. 3. C. de Nov. l. 3. C.
 Mandat.* siquidem directa paciscentibus tantum acqui-
 ritur, ubi actus contrahendi, qui in mero facto consistit,
 in considerationem venit, ita, ut ejusmodi factum sua
 natura cessibile non sit, quod tamen restringunt ad jus
 ex ipso contractu veniens, opinantes quod directam,
 quam acquisivit actionem, ita suam fecerit, ut in alium

D

nullo

nullo modo transferri possit, ita tamen, ut usus ejus post
cessionem amplius sit nullus. Si enim jura plenarie ce-
di atque alienari possunt, & facta per cessionem plena-
ria abdicatione nihil juris penes creditorem cedentem
remanebit, ideoque post jura alienata in præjudicium
cessionarii nihil amplius exigere potest B. Stryck. *de jur.*
et act. non cessibil. c. 6. §. 2. Denique monendum, jura
activa, non vero passiva cedi posse, & quidem ideo, quia
ea, quæ in nostra potestate sunt, a nobis liberari vale-
re, non vero quibus aliis obstricti sumus. Brunnem. *de*
Cess. C. 4. n. 93. Inde licitum, creditorem actionem &
jura sua cedere alteri posse invito debitore, *l. 6. ff. et l. 1.*
C. de Novat. l. 3. C. de hered. vend. quod tamen non con-
ceditur debitori. *l. 1. C. de Novat.* Interim tamen no-
men pro diviso & pro parte cedi nequit, ne per id con-
ditio debitoris reddatur deterior, quando nempe pluri-
bus copulatur creditoribus, indeque pluribus vexatur
actionibus. Jam de actionibus criminalibus sive poena-
libus criminaliter intentandis etiam asserendum, quod
regulariter cedi haud possint, quia non ad interesse pri-
vatum, sed ad satisfactionem publicam tendunt, & ideo
ad heredes non transeunt, nisi post litis contestationem.
Ob eandem etiam rationem huc referunt actionem in-
juriarum, quæ non cessibilis habetur. Hic quoque non
est transeundum, actionem donationis revocatoriam,
quia propter ingratitude donatarii competit dona-
tori per modum vindicationis, seu ultionis, haud esse
cessibilem *l. 1. et 7. C. de Revoc. donat.* siquidem ideo per-
sonam non egrediuntur. Certo tandem modo huc quo-
que trahi potest querela inofficiosi testamenti, & quidem
tunc quando ad vindictam referri potest, quamvis ita-
que

que certum, quod hæc querela ab hereditatis petitione non nisi intellectu saltem separari queat, quia una alteram trahit, uno eodemque iudicio petuntur, quare etiam in hoc negotio cessionem penitus negare solent, ita ut non transmittatur ad extraneos, nec ante preparationem in bonis intelligatur *l. 6. §. ult. 17. ff. de inoffic. test.* B. Stryck. *de jur. & act. non cessibil. C. 6. §. 8.* & alii Dd. Postquam his ipsis demonstratum, quæ cessionem non admittunt, ita etiam nunc facile inde patebit, quæ in cessionem veniunt; siquidem ideo hæc regula generalis obtinet; quodcunque non est prohibitum, illud in genere est permissum, quod etiam in hac materia rite est applicandum, ita ut non sit necesse eodem modo in specie recensere ea, quæ sunt licita.

§. XIII.

Hiscæ libatis adhuc quarendum, num idem obtineat in jure Saxonico, quod dictum reperitur de jure Civili? ubi respondendum quod sic, cum hac tamen restrictione, nisi quid aliud jure Saxonico sancitum inveniatur, quo casu tunc merito recedendum est a jure Civili. Hinc quoque in multis respectu hujus materiæ jura cessionis augmentum atque mutationem accipere volunt, quod in primis consistit in iis, quod nempe sanctio Anastasiana, quæ fere ubique locorum in desuetudinem abiit, quasi de novo sit introducta atque in usum revocata, siquidem ideo peculiare rescriptum *de Anno 1614. 1. Febr.* videmus, in quo & augmentum arctiusque mandatum ad evitandas fraudes & circumventiones additum, certamque pœnam in transgressores definitam reperire licet, utpote quo omnes fraudes abrogari inten-

ratum est, quare etiam per eandem functionem haud obscure apparet, omnes omnino cessiones judicialiter tantum fieri debere, ut eo ipso adhibita demonstratione debiti ac quanti, technæ, versutiæ & callidæ machinationes evitari atque removeri queant, vid. *c. Rescripti de Anno 1614. §.* und über das sollen in allen und jeden Cessionibus so wohl rerum mobilium als immobilium, die causa und quantitas debiti nicht allein mit ausdrücklichen Worten gesetzt werden, sondern auch der Cessionarius, daß deme gewiß also sey, und er in rei veritate eine solche Schuld und summam bey den Cedentem zu fordern habe, coram iudice richtig darthun und bescheinigen &c. Hinc etiam si cessiones secundum modum præscriptum præcise observatæ non fuerint, neutiquam subsistere debent, quamvis juramento firmatæ reperiantur, post Matth. Berlich. *p. 2. Decis. 34.* Carpov. *p. 3. Decis. 255. n. 56. 57. sq.* Quo casu etiam fit, ut multi in hanc opinionem veniant, in foro Saxonico non alias tolerari cessiones, quam judiciales, adeo, ut idem tam ad cessiones rerum mobilium, quam immobilium extendere velint, quod tamen ex ipso textu, ejusque generalitate non est statuumdum, siquidem is potius in contrarium esse videtur, posteaque plane mutatus per *Decis. nov. Saxon. 40.*

§. XIV.

Hinc quando ipsam functionem Electoralem inspicimus, ea non tantum generaliter disponit, sed etiam omnes omnino cessiones & sic etiam extrajudiciales includit, quod tamen ad res mobiles atque nomina applicare volunt; Interim tamen hoc dubium referente Carpz. *p. 3. Decis. 255. n. 10. a. summo Provocationum judi-*

judicio discussum legitur, ita ut sanctionem Electoralem ad solas cessiones, quæ de rebus mobilibus vel immobilibus in judicio fiunt, restrinxerint, quod & sapius a Scabinis Lipsiensibus factum, ea mente, ne si aliud statuat, cessio rerum mobilium ac nominum extrajudicialis penitus abrogata intelligatur. Si enim in ejusmodi cessione causa & quantitas debiti in judicio demonstranda foret, hoc ipso judicialiter facta videbitur, & ita nunquam locus cessioni extrajudiciali relinquere- tur; quam tamen si fiat de rebus mobilibus ac nomi- nibus, subsistere certo certius est, & vel inde id satis probatum, quod & nomina extrajudicialiter oppignorare liceat absque omni solennitate, veluti expressis verbis legitur dispositum in *Ord. Process. judic. de Anno 1622. Tit. 46. §.* Ferner die nomina oder ausstehende Schulden belangende, hat es keinen Zweifel, daß dieselben quoad actionem personalem, und so weit sie auf Persönlichen Zusprüchen stehen, ohne Solennität, so wohl als die fah- rende Haab verpfändet werden können. Vbi simul no- tandum, quod oppignoratio perinde ac cessio sit alie- natio, *leg. ult. Cod. de rebus alienis non alienandis l. 9. §. 2. leg. 35. §. 1. leg. 40. ff. de pignoratitia actione,* ut ideo non magis nomina atque bona mobilia ex- trajudicialiter cedere, quam oppignorare prohibitum sit, *Carpz. c. 1. & Respons. Elector. 37. lib. 5.* Haec res vero hodie, postquam *Decis. nov. Sax. 40.* ea de re cla- ris verbis disponit, minus dubii habet, siquidem in ea hæc leguntur verba: Nachdem aber unsere Proceß- und Gerichts-Ordnung Tit. 46. dieses deutlichen Inhalts ist, daß der Gläubiger nicht allein die ausstehende Schul- den, quoad actionem personalem, und so weit sie auf

persönl. Zusprüche stehen, sondern auch das dingliche Recht, so er auf dergleichen beweg- und unbeweglichen Güthern die nicht Lehn sind, beständiglich erlanget, ohne fernere Insignation oder andere solennität einen andern cediren und verpfänden mdge, inmassen den, so viel diesen passum betrifft, angezogenes Ausschreiben de cessionibus allbereit nach dieser Meinung declariret und erkläret worden. So hat es allenthalben dabey sein Bewandtmuß, und sollen hinführo die cessiones extrajudiciales derer Verpfändungen auf der beweg- und unbeweglichen Güthere nicht weniger, als die judiciales vor kräftig erkennen und geachtet werden. Huc etiam facere videtur *Decis. nov. 28. §. Sezen, ordnen, und wollen demnach ic.*

§. XV.

Interim tamen neque hoc, quod etiam in rebus mobilibus cessiones judicialiter fieri, inque iis demonstrationes debiti requiri judiciales soleant, nobis obstat; siquidem in iis idem permissum, quod in cessionibus rerum immobilium, nec eo ipso prohibita sunt cessiones judiciales rerum mobilium, sed arbitrio contrahentium hoc videtur relictum, an iudicis auctoritatem adhibere velint, quod si vero hoc placuit, causa & quantitas debiti aequae est in iudicio demonstranda, quia cessione judicialis hoc requirit, sive sit de rebus mobilibus sive immobilibus; quare etiam de judiciali tantum modo cessione accipienda est sanctio Electoralis, ad eamque restringenda. Namque sapissime accidit, ut contrahentes cessione judiciali plenius sibi prospectum putent, non contenti extrajudiciali cessione etiam quoad res mobiles *Carpz. p. 3. Decis. 255. n. 14. Vbi etiam sequens*

quens legitur Responsum, quod verbotenus huc transcribere placet & ita sonat: Hat A. S. daselbsten bey dem Rathe zu L. 1700. Gülden umb Verzinsung stehen, weil nun derselbe euch mit 800. Reichshälern, welche er bereits vor etlichen Jahren umb Verzinsung aufgenommen, verhofftet, die Wiederzahlung aber auf bestimmten Termin nicht leisten können, hat er euch solcher euerer Forderung wegen nicht allein mit Capital und Zinsen daran vertrießen, sondern auch vermöge des hierüber ausgehändigten Scheins, so viel davon cediret und abgetreten, worauf sichs begeben, daß bemeldter A. S. fallit worden, und zu seinen Vermögen ein Concursum Creditorum sich ereignet, welche alle um die Priorität certiren, sich auch an vorgedachte bey dem Rathe zu L. ausstehende 1700. Gülden ihrer Forderung halben zu halten gemeinet, mit Fürwenden, daß diejenige cession, so euch hiebevorn von dem debitore geschehen, zu recht nicht beständig sey, derowegen sie von solchen Geldern vor euch zu befriedigen seyn; Ob sie nun wohl solches daher zu erhärten gemeinet, daß berührte cessio weder gerichtlichen geschehen, noch auch die causa und quantitas euerer Forderung vor Gerichte beybracht, und erweislich gemachet worden wäre, allermassen das Chur-Fürstliche Sächsische gnädigste Edict de cessionibus dergleichen erfordert, Diem Weil aber demnach vorgedachte euch beschehene cession nur allein auf nominibus und aufsenstehende Schulden beruhet, welche nichts weniger als cessio rerum mobilium auch extra iudicium und privatim zu Werke gestellet werden kan, und dannenhero in solchem Fall so gar nothwendig nicht erfordert wird, die causam und quantitatem debiti gerichtlich bezubringen; So mag diesem nach mehr bemeldte euch geschehene cession

tion zu Rechte vor unbeständig nicht gehalten werden, sondern es verbleibet euch die angewiesene Schuld, so weit euerer Forderung an Capital und Zinsen austrägt, billig, und seyn die andern Creditores ihrer Forderung halber euch disfalls einigen Eintrag zu thun nicht berechtiget. B. N. B.

§. XVI.

Hoc facto tandem ad differentiam cessionum deveniendum, quæ præprimis in eo consistit, quod nempe cessio rerum immobilium jure Saxonico præcipue in judicio, mobilium vero etiam extra judicium facta, subsistere debeat. Carpz. *c. l. n. 13. § 14.* Deinde quoque in judicialibus tam rerum mobilium quam immobilium requiruntur certæ solennitates, ut sunt causa & quantitas debiti, ita ut cessionarius judicialiter docere debeat, quod talem summam debiti a cedente exigere possit, videatur *Rescriptum de A. 1614. §.* und über das soll in allen und jeden &c. *Decis. nov. Sax. 28.* ibique passim Dd. quæ si præcise observata non sunt, cessionem neutquam subsistere, quantumvis juramento confirmata, existimat Berlich, *p. 1. Decis. 34.* ideo denique jure Saxonico in cessionibus judicialiter factis, si non adhibita sunt solennitates recensita, istæ non tantum non subsistunt, sed etiam tota præsentio sive summa amittitur eaque vel Fisco, vel cujusque loci Magistratui cedit, vid. *cit. Decis. nov. Sax. 28. §.* So aber erschiene, daß hierin: re &c. præprimis tunc, quando nempe fraus & dolus intercesserit, ubi tamen bene norandum, quod ob certas causas atque incommoda summa debiti cum pretio pro ea solvendo non accurate convenire debeat, sed ut ad minimum læsio usque ad dimidium toleranda sit,

fit, adeo, quamvis ea appareat, tamen si cetera requisita rite sese habent, ut legitima subsistit, *Decis. nov. Sax. cit. 28. §. Sehen, ordnen, und wollen demnach &c.* eoque modo summa in cessionem deducta non amittitur, nec ulla alia poena locum invenit; quæ tamen omnia in cessionibus judicialiter factis contingere videntur, ita, ut ad cessiones extrajudiciales ob textum, qui tantum de cessionibus judicialibus loquitur, allegatum, applicari non possint ac debeant, quia poenæ & odiosa magis restringenda, quam amplianda, strictissimæque sint interpretationis.

§. XVII.

Hinc igitur quæstio oritur: Si in cessionibus extrajudicialibus ea, quæ supra in judicialibus requirebantur, adhibita & observata non fuerunt, num ne tunc eo, quo diximus modo, corruant, amissioque portionis ideo locum inveniat? Negativa nobis arridet sententia, quia secundum ea, quæ adduximus in extrajudicialibus regulariter solennitatibus iis, quæ in judicialibus requiruntur, non opus est, siquidem etiam jura supra adducta se non extendunt ad cessiones simul extrajudiciales, quia tunc, si etiam in ejusmodi cessione causa & quantitas debiti in judicio demonstranda foret, eo ipso judicialiter facta videretur, & ita nunquam locus cessionis extrajudiciali relinqueretur, sed ideo penitus abrogata esset, quod tamen est contra jura apertissima, videatur *Ord. Process. jud. Tit. 46. §. Ferner die nomina oder ausstehende Schulden belangende &c. Decis. nov. Sax. 28. & 40.* Hinc etiam quoniam res satis expedita, cessiones tam judiciales quam extrajudiciales valere constat, & quidem hæc sine solennitate judiciali, ita, ut eo ipso non sint sub-

E. jectæ

jecta ea de re allegatis iuribus, quo tandem sponte sequitur, quod, sanctionibus de iis in specie nihil disponentibus, quomocunque contractæ subsistant, nec ob defectum solennitatum judicialium jamjam memoratarum infirmantur, nec summa in cessionem deducta amittitur, quod eo magis verum, quando non adeo minori summa, quæ est infra dimidium, cessio facta, alias vero cum sit instar venditionis, *l. 5. §. 1. ff. de præsc. verb. juncta l. 77. ff. de contrab. empt. l. 2. C. de Rescind. vendit.* non immerito locum habet, siquidem cessio & venditio non aliter differunt, quam objecto, ita, ut hæc in rebus corporalibus, illa autem in incorporalibus obtineat. Pro minori enim summa nomen redimere æquitatis rationem habet, cum alioquin nemo facile inveniatur, qui sine lucro lites pecunia sua sibi coëmere velit, cum præstet hoc casu pecunia parata, B. Stryck. *de jur. & act. non cessib. c. 1. §. 11.*

§. XVIII.

Jam vero, si quando contra legem Anastasianam sit peccatum, cui portio residua relinquenda quærent; hæc in re Dd. in diversum abeunt, ita ut non nulli cum Carpzovio *p. 2. c. 20. d. 37.* hanc præter casus exceptos cedenti attribuunt, non nulli vero debitori cesso, quia lex Anastasiana in favorem debitoris cessi condita videtur, quod colligere volunt *ex autb. Minoris C. qui dare tut.* quo cum etiam convenit B. Brunnem. *de Cess. c. 1. n. 87.* quam ultimam etiam sententiam amplectitur B. Stryck. *l. c. §. 12.* ubi adhuc ea addit: quamvis debitor cessus residuam portionem nullo jure firmo, certoque petere vel retinere possit, nulla tamen ad restituendam tenebitur actione; nec infrequens est, ut obligatio sit
in

in nobis & nullum jus in alio, Dn. Puffend. *de offic. hom.*
L. 1. c. 10. §. 4. in Saxonia vero, cum tota summa Fisco,
 vel etiam Magistratui loci cedere debeat, hæc discepta-
 tio videtur inanis, quia eo modo hæc neque ad ceden-
 tem, neque ad debitorem cessum pertinere possit, quod
 tamen cum grano salis accipiendum videtur, ita, ut hoc
 demum ad id quod erat conventum, ut volunt, restrin-
 gendum, non vero ad superfluum extendendum, *l. 22.*
C. Mand. Exceptio tamen est in eo, quod si ob læsio-
 nem ultra dimidium ad rescissionem agitur, amissio re-
 sidui regulariter locum non habeat, quemadmodum et-
 iam in aliis præter cessionem nominum cessare videtur,
Decis. nov. Sax. 28. §. Bon oberzehltter Satzung.

§. XIX.

Ad hoc vero recte discernendum, solent distin-
 guere inter cessiones bona fide factas & privilegiatas, &
 inter cessiones dolo & machinatione initas. Vbi ratio-
 ne priorum cum venditor & cedens nihil pœna dignum
 admiserit, nullaque adsit constitutio, quæ innocentem
 venditorem & cedentem aliqua parte privandum esse
 statuatur, sua sponte sequitur, ipsum quoad residuum,
 quod ipsi forte per moram cessionarii deest, actionem
 suam salvam habere & retinere, nec illud, quod alias
 in pœnam & odium forte emtoris & cessionarii consti-
 tutum ad venditorem, multo minus ad alios extenden-
 dum, *arg. l. 41. ff. de pœn. c. odia X. de R. J. in 6. arg.*
legis 19. eod. & quidem ideo, quia bona fide emptorem
 non teneri sanciant & dolus ei duntaxat nocere debet,
 qui eum admisit. *l. 7. ff. de dolo mal. l. 2. l. 51. ff. dol. ex-*
cept. Philipp. ad Decis. Sax. 28. observat. Elect. Sax. 7.

n. 5. 6. seq. adeo, ut etiam cedenti omnia jura alias bona fide contrahenti competentia, integra & salva manere debeant. Vnde si forte cessionarius difficilem vel morosum se præstet in exsolvendo eo, quod ipsi pro nomine cesso promiserat, huic cedenti actionem reservat ad agendum contra cessionarium ob non securum supplementum, verba in *Decis. nov. Sax.* ideo sunt clara: Es wäre denn, daß selbige also beschaffen, daß der Culent ob non secutum supplementum zu klagen Ursach hätte, damit er denn billig gehdret wird &c. Qua ratione etiam in cessionibus bona fide celebratis, si læsio supra dimidium intercedit, quoad super abundantem summam seu excessum dimidii Fisco vel Magistratui nihil cedit, sed potius cedenti taliusmodi cessione læso beneficium l. 2. C. de *Rescind. vendit.* ut ad rescissionem agere possit, permittitur. vid. c. *Decis. 28.* ubi hæc leguntur verba: Sondern auch denen Partheyen einen merklichen Vortheil und Nachlaß zu thun, allerdings verstatet bleibet, jedoch, daß solcher keine læsionem ultra dimidium in sich halte; denn anderer gestalt den verkürzten Theil ad rescindendum zu klagen unbenommen, und dem Fisco oder der Obrigkeit hierdon kein Recht zugewachsen seyn soll. &c. Ratione vero posteriorum, quando nempe dolus aut falsa machinatio intervenit, cessio non tantum plane est irrita & invalida, sed etiam totum debitum cessum propterea Fisco vel Magistratui ejusvis loci præcedente tamen ordinaria actione atque causæ cognitione, cedit atque accrescit. d. *Decis. 28.* in verbis: So aber erschiene, daß hierinnen einiger Betrug oder Falsch vorgegangen, und also dieser unserer Anordnung zuwieder gelebet würde, die ganze Forderung unserm Fisco, oder jegliches Orts
 Obri-

Obriqkeit auf vorgehende Klage und Rechtliches Erkännt-
niß heimgesfallen seyn soll. &c. Fit vero hoc, quando
legitimae cessionis requisita, ut forma substantialis,
qualis est causa debendi & quantum debiti, desunt, ea-
que quasi dolosa sunt omissa, siquidem cesio hoc modo
pro vitiosa & usuraria adeoque pro nulla habetur. Phi-
lipp. c. l. observ. 3. n. 12.

§. XX.

Si itaque tam cedens quam cessionarius de dolo &
fraude participant, uterque sui admisi pœnas debitas
luit, cum nemini fraus sua patrocinari debeat, l. 12. §. 1.
ff. de furt. l. 38. ff. de rei vind. adeo etiam, ut cesio ex
utraque parte cedentis pariter atque cessionarii inutilis
sit, & neque ei, qui cesit actiones, & neque ei, qui eas
suscipere curavit, aliquid lucri vel fiat, vel remaneat,
vel aliqua contra debitorem, vel res ad eum pertinen-
tes sit utrique eorum actio, l. 23. §. 1. C. Mandat. Et hoc
neque per Recessum Imper. de Anno 1500. in Reformat. Po-
lit. Tit. Von wucherlichen Contracten §. Dieweil aber
solche und dergleichen Contracte &c. & in Polit. Franco-
furt. de Anno 1577. Tit. eodem. §. Dieweil aber solche &c.
neque per Ordinat. Torgaviens. de Anno 1583. Tit. Von
wucherlichen Contracten, mediante qua amissio summae
ad quartam tantummodo partem est restricta, sublatum,
sed potius jure Sax. peculiari mandato de publicato 28.
Aprilis anni 1625. multa est usque ad debiti integram
summam exaggerata §. So wollen wir &c. daß sie nicht
alleine des vierdten Theils, sondern der ganzen auf Wu-
cher ausgeliehenen Summa verlustig seyn. Et quamvis
hoc videatur aliquid peculiare, ita, ut ad cessiones vix

ac ne vix quidem trahi queat, interim hæc jura quoque ad cessiones fraudulentas recte applicari tradit Carpov. *lib. 5. Resp. 33. n. 40. seqq.* & hoc etiam ideo minus dubii habet, quia in ipso edicto de cessionibus §. Und dieweil fast &c. totalis amissio pretii in cessionibus fraudulentis est decreta, So wollen wir legitlichen alles, wie das Nahmen haben mag, hiermit gänglich abgeschaffet und ernstlich verbotthen, auch darneben constituiret und geordnet haben, daß, da sichs befunden solte, daß mit offi gemeldten cessionibus einiger Betrug gebrauchet, und anders, als sichs in der Wahrheit verhält, gebahret würde, sowohl der cedens als cessionarius der ganzen Forderung und Gegenforderung verlustig erkandt, und noch darüber in andere Wege ernstlich gestraffet werden soll. &c.

§. XXI.

Re ita se habente, adhuc putandum, quod nempe hæc amissio prodesse debitori, eamque summam lucrari debeat, quia neque cedens neque cessionarius adversus debitorem experiri possunt, sed quoniam nullum adest firmum fundamentum, nullaque lex, quæ ei hanc summam totam vel etiam aliquam ipsius particulam expresse adscribit; Interim tamen hoc, quod contra debitorem eo modo vel cedenti vel cessionario non datur actio, non videtur sufficere, quia tamen tertio, Fisco scilicet non denegata est actio, minime debitori hoc accrescere statuendum, & hoc insuper eo minus, quia favor tantum debitoris in hoc negotio eo tendit, ne molestiis & vexationibus cessionarii nimium graveatur, & ita in damno constituatur, non vero ut lucrum ex ejusmodi cessione vitiosa capretur. Philipp. *c. l. ob-*
serv.

serv. 7. n. 21. seqq. Quo etiam factum, ut pari quoque ratione jure Saxonico nihil lucri debitori indultum, sed ad solutionem totius debiti eum adstrictum videamus, relicto tamen ei aliquo solatio, ne scilicet executionem ideo pati teneatur prius, quam causa cognitio plenaria de tali vitiosa cessione instituta sit absoluta, cui etiam accedit, ut insuper debitori non tantum interesse seu usurae usque ad tempus, quo ei nomen obvenit, penitus remittantur, sed etiam ut ei distincti tolerabilesque termini ad solvendum indulgeantur. *Decis. nov. Sax. 28. So aber erschiene &c.* Hisce itaque dictis apparet, quod debitori neque tota summa, neque portio quaedam legitimo modo accrescere queat, sed ut vel Fisco vel magistratui cedere debeat, siquidem etiam Philipp. c. l. *observat. 7. n. 16.* illud ipsum sequentibus demonstrat praedictis a Scabinis Lips. *Anno 1664. pronunciaris. p. p.* In Fall auch der Cessionarius vdr oberwehnte 360. fl. nur 10. fl. oder ein wenigers, als die Helffte austrägt, gegeben, und also dolose gehandelt. So wäre die cession ungiltig, und die Forderung dem Fisco oder der Obrigkeit anheim gefallen. Alterum ita sese habet: Auf eure zwey an uns gethane Frage &c. ist euch vermittelst eines judicati denen Unterthanen des Ritter-Guths Rönigsfeld 264. fl. 13. gr. 7. pf. zu bezahlen zuerkannt worden, welche auch hernach von Chur-Fürstl. Durchl. zu Sachsen, unsern Gnädigsten Herrn, Executorialn ins Ambt Rochlitz wieder euch erhalten, dannhero euch ersilich die Execution und hernach auch die Immissio angelündigt worden. Inzwischen hat bey gedachten Unterthanen der in dieser Sache gewesene Advocat so viel zuwege gebracht, daß sie ihm diese ganze Schuld-Pfost am 21. Jan. dieses Jahres cedi-

cediret und abgetreten. Ob nun wohl die cessiones nominum in Rechten nachgelassen; Diemeil aber democh in dieser cession eine bloße simulation vorgegangen, indem der cessionarius dasjenige, was er sich gerühmet, vor die cedirte Post würcklich nicht gegeben, sondern in einem dato den 2. Mart. dieses Jahres ausstellten Schreiben sich ausdrücklich heraus gelassen, daß er erwöhntes nomen titulo donationis von denen Cedenten überkommen, und er also auch nicht die Helffte, als es austrägt, davor gegeben; n. m. i. e. f. So ist auch solche cession zu Recht unkräftig, und derowegen die cedirte Schuld hied stgedachter Jhr. Chur: Fürstl. Durchl. als dem Domino directo über das Gutß Königsfeld verfallen.

§. XXII.

Hæc, quæ hæctenus dicta, maxima ex parte ad cessiones judiciales restringenda sunt, quare etiam cessiones, num judiciales, num extrajudiciales sint, bene distinguendæ, pro ejusmodi enim differentia solennitates etiam sunt observandæ, vel non. Siquidem recensitæ solennitates, si nempe cessio vel substitere, vel amissio debiti vel alia pœna abesse debeat, ubique in judiciali pro forma requiruntur, quæ tamen in extrajudiciali citra metum invaliditatis & amissionis summæ debiti omitti possunt, nisi sint de solennitate formali, quæ ad ipsius actus existentiam substantialem, non vero ad confirmationem ejus necessaria, Philipp. *Decis. Sax. 28. observ. 5. n. 30.* Ubi etiam notandum, quod cessiones extrajudiciales, quamvis in iis eadem solennitates non sint adhibitæ, tamen eundem obligandi effectum habent, atque robur, quemadmodum judiciales, quare etiam

iam sequens adfert iudicatum citatus Philippi, quod ita sonat: Ob wohl in dem Chur-Fürstl. Sächsl. Edicto de cessionibus §. Und über dieses zum sechsten &c. ausdrücklich erfordert wird, daß der Cessionarius, daß deme gewiß also sey, und er in rei veritate eine solche Schuld-Post und Summa bey dem Cedentem zu fordern habe, coram iudice richtig darthun und bescheinigen soll: Diemeil aber dennoch solches einig und allein von cessionibus judicialibus zu verstehen, die neue Proceß- und Gerichts-Ordnung aber von ermeldtem Edicto so ferne abgewichen, daß sie die cessiones extrajudiciales der beweglichen Güther nicht weniger als die judiciales vor kräftig hält, und erachtet. So möget ihr auch eure Schuld, und daß ihr dieselbige bey dem Cedentem gewiß und in Wahrheit zu fordern gehabt, vor dem Richter zu bescheinigen und darzuthun, beständiger Weise nicht angehalten werden. W. N. W. Quoniam itaque hujusmodi cessiones extrajudiciales nullibi sanctione quadam speciali abrogata, sed potius per *Ordinat. Proceß. Jud. Tir. 46. item Decis. Sax. 28. §. 40.* confirmatae reperiuntur, ita etiam adhuc hodie subsistunt, adeo, ut quamvis non adeo accurate omnia adhibita appareant, vel etiam lucrum quoddam ad cessionarium redundet, illud tamen cessionem neutiquam vitiat, sed potius eo applicari potest illud, quod alias communiter usurpare solent: quare etiam justum & equivalens pretium hoc loco id censetur, quod deductis impensis, ad consequendam rem fieri possunt vel facta sunt, dimidium non excedit. *l. 2. C. de Rescind. vend. Philipp. l. c. obs. 4. n. 2.* Quam etiam ob causam isti, qui ideo citra ullam juris rationem, confusione cessionis extrajudicialis cum judiciali insuper

F

facta,

facta, cessiones irritas declarare, cedentemque superfluo vel lucro privare volunt, maxime errant, factumque tale, ad id juribus rite applicatis, tam minus sine insigni juris lapsu defendi, quam subsistere potest.

§. XXIII.

Hoc etiam maxime procedit in cessione juris proprie sic dicti, ubi nullum nomen, nullaque actio, sed jus quoddam objectum constituit. Et quamvis eiusmodi cessiones, ubi per eas jus aliquod in aliquem translatum subsistant, Carpz. *p. 2. c. 32. d. 20. n. 6.* interim tamen jura supra adducta ad eas certis de causis vix ac ne vix quidem applicari queunt, siquidem jus cedendum incertæ sæpe est æstimationis, cujus pretii determinatio videtur impossibilis, præprimis tunc, si quantitas pretii non ex se æstimanda, sed simul ratio impensarum, variorum onerum, incommodorum, molestiarum, laborumque habenda est, quo etiam casu dicendum, quod premium fundi, cujus jus ceditur, vel etiam si alias jus cessum incertæ est æstimationis, exprimi non debeat, siquidem etiam ideo legem Anastasianam haud locum invenire, multis post Carpz. *5. Resp. 84. n. 4. 5.* Franck. *l. 1. Resol. 8. n. 44.* Brunn. *ad l. penult. ult. C. Mand. n. 4.* tradit perillustr. Berger. *Respons. p. 2. p. 478.* quibus etiam addit, quod tunc, si jus est dubium, nisi inter cedentem & cessionarium collusio facta appareat, pœna confiscationis, quæ tamen in hoc negotio, ommissa nempe pretii determinatione, attendi solet, non obtineat. Quibus ex causis in propatulo, cessiones neque ex hac ratione impugnari, neque summam pretii prætendi posse, & hoc multo minus, si insuper cessio extra judicium facta deprehendatur.

§. XXIV.

§. XXIV.

Hujus rei gratia de eviçtione quoque aliquid monendum, & num cedens cessionario in hoc negotio eviçtionem præstare teneatur, quærendum? Vbi dicunt, quod cedens, si debitum non est liquidum ac certum, aut solutione sublatum, omnino teneatur de eviçtione, vel ad restitutionem pretii, eorumque omnium, quæ accepit, *l. 4. ff. de hered. vel act. vend.* & quamvis cedens non teneatur facere bonum nomen, tenetur tamen facere verum, id est, præstare se creditorem, licet non locupletem debitorem. *dict. l. 4.* Ita tandem accipi debet promissio de nominis eviçtione, ut scilicet verus præstetur debitor, etiamsi minus idoneus habeatur, interim tamen adhuc observandum, quod cessionarius, si sciverit, debitori exceptionem competere, vel alias debitum non esse liquidum, & nihilominus istud emerit, vel acceperit, tunc nulla ei contra venditorem vel cedentem competit actio, nec illi, qui sciens rem alienant emit. *l. 27. C. de Eviçt.* Carpz. *p. 2. c. 34. d. 27.* in eo tamen, quando cedens expresse promissit idoneum debitorem, vel eum esse idoneum seducendo asseruit, omnino tenetur *l. 3. ff. de fidejuss.* & Carpz. *c. l. d. 26. n. 9. seqq.* Occasione etiam hujus hoc dubium ventilandum venit, num debitor exceptionem compensationis, quæ ipsi contra cedentem competeat, opponere possit cessionario? Et quamvis hæc res a diversis diversimodè tractetur, in eo tamen plerique convenire solent, quod nempe cessionario ex causa onerosa non queat opponi compensatio, quæ alias opponi potest cedenti, modo cessionarius agat utilibus actionibus sibi ex propria persona competentibus, non vero mandatis a persona cedentis,

ita etiam vulgo distinguunt, an cessio causam lucrativam habeat, an vero onerosam; & an jure proprio agat, vel jure ac nomine cedentis, vid. Dd. *ad l. 4. ff. de doli except. §. ult. ff. de Procurat.* hoc itaque non fit sine fundamento; nemini enim, qui prioribus saltem labris materiam compensationis gustavit, ignotum esse potest, ad ejusmodi applicationem atque exercitium requiri mutuum debiti ac crediti respectum, *l. 1. ff. de Compensat.* id est, ut obligationes utrinque tollantur, quod tamen in persona cessionarii, quippe qui vinculo obligationis alicujus debitori obstrictus non est, nec quicquam ei debet, hinc quoque, quoniam mutuus crediti ac debiti respectus cessat in ejusmodi persona, ita etiam ipsa compensatio in illo fundata, *Carpz. p. 3. decis. 255. n. 23. 24. §§.* Porro quoque hic requiritur, ut debitum ac creditum sint liquida, *l. ult. §. 1. C. de Compensat.* hoc vero, quando nempe cessionarii obligatio ex cedentis conventionem dependere debet, dici non potest, ideo etiam, licet opposita, effectum suum tamen hoc modo sortiri non valet, *Carpzov. c. l. n. 29. 33. §§.*

§. XXV.

Postquam itaque edoctum, quod non tantum cessiones sint de jure permissorum, *Carpz. p. 2. c. 37. d. 20. n. 6.* & quod, ut venditiones certum pretium recipiant, *Carpz. c. l. c. 34. d. 27. n. 1.* sed etiam, quomodo rite fieri, atque citra ullum periculi metum subsistere queant. Jam etiam discutiendum atque deliberandum venit, qualis effectus inde oriatur? Vbi statim regerendum, quod cedens & cessionarius sibi invicem obligentur, ita, ut cessionarius id, quod cessum exigere possit, *l. 2. C. de obligat. & act.* & hoc non tantum ideo, quia titulus cessionis

fionis inter contractus innominatos refertur, *l. 7. §. 1. ff. de pact.* Berlich. *lib. 2. Concl. 32.* & Meurer. *de Contract.* p. 2. p. 31. sed etiam exinde, quia cessio pro traditione habetur. *l. fin. C. quando fise. vel privat. & in l. 1. C. de Donat.* quare etiam partes sibi invicem obstricta in tantum, ut hæc obligatio non aliter, quam alia negotia obligatoria, pariant actionem efficacem; ubi tamen respectu debitoris cessi pro cautela observandum est cessionario, ut nempe post factam cessionem mox denunciaret debitori cesso, factam sibi esse cessionem, *l. 3. C. de Novat.* hac enim denunciatione efficitur, ne debitor cessus cedenti amplius solvere possit, sed, si id fecerit, adhuc semel solvere tenetur, omissa vero denunciatione adhuc solvere potest cedenti, nec ea propter cessionario contra debitorem cessum actio competit, sed contra cedentem experiri debet, post Lenz. *de Cess. act. c. 28. membr. 2. n. 8.* B. Stryck, *in Cautel. Contr. sect. 4. c. 2. §. 8.* Porro quoque hic hæc cautio a cessionario est adhibenda, ut præter traditionem instrumenti obligationis speciale cessionis instrumentum sibi conscribi atque confici curret, alioquin cessionarius executive agere non potest. Stryck. *c. 1. §. 18.* Nam si expediti juris est, quod cessionarius utatur jure cedentis, *l. 5. C. de hered. vel act. vendit.* non tantum in exigendo vel agendo, sed etiam liberando, ac proinde debitum exigere vel remittere possit etiam pacto, & sic debitorem cessum penitus liberare, *l. 16. pr. ff. de pact.* necessario requiritur ad cessionarii legitimationem, cessionis instrumentum, ita tamen, ut, si hoc ipsum deficiat, per testes cessionem probare quoque liceat, Coler. *de Process. execut. p. 2. c. 2. n. 34.* quia instrumenta & testium depositiones eandem auctoritatem

obtinent. *l. 15. C. de fid. instrument.* Tunc tamen, si hoc fit, ordinario processu procedendum, non vero executivo, cit. Coler. *p. 3. c. 5. n. 31.* insuper quoque tenendum, cessionem non tam legitimationem personæ, quam jus agendi respicere, Bart. *in l. 9. qui stipend. n. 3.* quia hæc magis respicit iustitiam causæ, quam legitimationem personæ. Quam itaque actionem cessionarius instituere possit, num actionem directam, num vero utilem varie disceptatur. Si vero hoc pro regula observatur, quod actio directa sit inseparabilis, & veluti affixa ossibus creditoris, ita, ut per cessionem non amittatur, nec in alium transferatur, Cyn. *ad l. 3. C. de Novat. & delegat.* Lenz. *de Nom. & act. cess. c. 28. membr. 1. §. 2. 3. & 4.* sine dubio asserendum, quod cessionario non directa, sed utilis competere possit, quod tam de actione personali, quam reali intelligendum, additur tamen hæc limitatio, nisi directa vel ejus exercitium mandetur, ubi tunc notandum, quod actio directa intentetur nomine mandantis, utilis nomine cessionarii, hinc caveat cessionarius, ne libello inferat, rem petitam ad se pertinere jure domini, quod cum cessione in actione reali non transit, sed necesse habet id exprimere, quod res petita ad cedentem jure domini vel quasi spectet, eum vero sibi actionem cessione, Lenz. *c. l. c. 27. m. 1. n. 17. sqq.* quæ tamen, quia cessio versatur tam circa nomina & actiones, quam jura simpliciter ita dicta, cum grano salis sunt accipienda, & non sine discrimine cuicumque negotio applicanda, hinc dicendum, quod eo casu, si nihil certi constat, actio præscriptis verbis, prout negotium eam admittit, locum sibi vindicet, *l. 1. 2. & 3. ff. de præscr. verb.* salva tamen actione ad interesse, non secuti implementi, ad rescindendum, & aliis cuique hinc inde competentibus. §. XXXVI.

§. XXVI.

Cum igitur cessio non fieri possit in præjudicium debitoris cessi, hoc est, per cessionem conditio cessionarii non potest melior reddi, quam cedentis, quia quælibet cessa transire debent cum sua causa, probe tenendum, quod eadem exceptiones, quæ competunt debitori adversus cedentem, quoque competere contra ejus cessionarium debeant, *l. 68. ff. de R. I.* quia translationes sive cessiones jurium & actionum aliter fieri nequeunt, quam penes cedentem extiterint, hanc etiam ob causam cum suo onere ad cessionarium transeunt, cum is, qui in jus alterius succedit, eo jure, quo ille, uti debet *C. 15. de R. I. in 6to*, nec est ignotum, quod nemo plus juris in alium transferre possit, quam ipse habet, *l. 64. ff. de R. I.* Hinc etiam id, quod ipsis, qui contraxerunt, obstat, & successoribus universalibus, sed etiam in singularibus procedit, *l. 160. §. 2. ff. de R. I.* non enim debet esse melioris conditionis, quam auctor ejus, a quo jus in eum transit, *l. 175. ff. de R. I.* Lenz, *de nom. & act. cess. c. 32. membr. 4. n. 9. seqq.* Jam si contingit, per cessionem ejusmodi transferri nomina & actiones, ad quorum exactionem cedens exceptione submotus venire non valet, ea quoque adversus cessionarium uti potest debitor cessus, ita, ut eundem ab ejusmodi exactione propterea repellere possit, siquidem exceptiones, quæ sunt actionis aut intentionis exclusio, comparata sunt defendendorum gratia, cum quibus agitur, *pr. Inst. de Except. & præ-* primis tunc allegari possunt, quando sunt reales, quæ ipsi rei cohærent, seu quæ ex ipsa re petita vel qualibet alia nascuntur, & quoniam ad certam personam non sunt restrictæ, cuivis de ea re agenti obstant, aliisque non

non immerito conceduntur. *l. 4. §. 29. ff. de dol. mal. except.* Vbi etiam res nullum dubium habet, quin ex exceptiones semper & ubique, modo res adhuc sit integra, & contra cedentem & eius cessionarium adhiberi, atque opponi queant.

§. XXVII. His prælibatis, adhuc dicendum, quod cessio rite atque legitime facta, eaque eo modo, quo alia negotia firmitatem suam habeant, eamque retineant, nisi vel dolus & fraus sublateat, hæc enim si intercedit, quemadmodum alios actus irritos reddit atque invalidos, ita etiam hoc procedit in cessionibus. *l. 5. C. de Rescind. vend. l. 46. ff. de fidejuss. & mandat.* quod etiam eo extendunt, si vis & metus adhibitus atque intercessit, *l. 116. ff. de R. I.* de errore idem asserere volunt, quia cessio consensu perficitur, cum tamen huic maxime contrariatur error, & certum est, quod is, qui errat, consentire non videatur *l. 116. ff. de R. I.* vel etiam debitor cessus, cedenti re adhuc integra, debitum exigenti solverit, sive alio modo simili transactione nempe pactove exactio cessionarii sit impedita atque annullata, *l. fin. ff. de transact.* quem effectum tamen mors neque cedentis neque cessionarii tribuit, siquidem alia jura omnia tam activa, quam passiva regulariter in defuncti heredem transeunt, isque facta defuncti agnoscere & præstare tenetur, quod etiam ubique ad cessiones applicandum, Lenz. *l. c. c. 35. n. 11. sqq. l. 33. C. de Donat. l. 59. l. 62. ff. de R. I.* Jam etiam nonnulla de cessione necessaria, imo quid juris circa fidejussores obtineat, aliisque, dicenda forent, sed quoniam ea ipsa huc proprie non spectant, ita etiam illa, de cessionum materia prolata, pro instituto nostro sufficere posse arbitramur, interim eos, qui plura ea de materia desiderant, ad illos, qui fufius de hac re tradiderunt, merito ablegamus, & eo ipso huic labori admodum tenui tandem imponitur

F I N I S.

ULB Halle


3


000 654 957



TA-06







1719
86
11
32.

Q. D. B. V.
DISPUTATIO IVRIDICA
DE
**CESSIONIBVS
IVDICIALIBVS
ET
EXTRAIVDICIALIBVS
EARVMQVE
DIFFERENTIIS**

Q V A M
AMPLISSIMI ICTORVM ORDINIS CONSENSV
P R A E S I D E
CHRISTIANO HOFFMANN
PHIL. ET I. V. D. ETC.
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
D. IV. MAY ANNO c1o1o cc xix.
IN AVDITORIO IVRIDICO
PVBLICO EXAMINI SVMMITET
RESPONDENS
IO. FRANCISCVS MELER DE LIEBENSTEIN
VITEMBERGAE
RECVDEBAT IO. FRIDER. SCHLOMACHIVS.
1739.

(6) 23.

